

respondetur d. l. i. §. si parens, & d. l. cum quo de peculio, §. si. quia in his iuribus no supponitur, facultates patris esse auctas postea, sed solu affirmatur id, ad quod dicta jura adduximus, scilicet, posse patrem praevenire tempus mortis, & solvere legitimam filijs in vita, quod quidem non mirum est, nam & l. si. C. famil. erisc. hoc expressius dicit: Na inquit, posse patre in vita diuidere bona sua inter filios, & quod valet hujusmodi diuisio, nō tamen ideo sequitur, quod si post d. diuisionem alia bona aucta fuerint, non debeant diuidi.

Secundo ¶ & principaliter haec opinio affirmatiua probatur ex text. optimo in l. si quando, §. 1. & l. C. de inoff. testam. vbi probatur, quod etiam pater filio in vita der & assignat aliquas res pro legitima sua, vel pro parte ipsius, nō prohibetur filius postea supplementu petere. Neque obstat intellectus, quem ad illum text. ex pluribus Doctoribus assignat Tellus Fernand. vbi supra, d. n. 16. ad fin. scilicet, quod ibi filius non accepit integram legitimam, sed partem ipsius, ideo nō prohibetur residuum petere, at vero nostra q. est, quādo filius in vita integram legitimā eo tempore sibi cōpetentem accepit. Nam respondeo, quod idem est, etiam si integram legitimā accipiat, quia respectu bonorum postea quaesitorum, nō integram legitimā accepit, vnde licet respectu ejus legitimae, quae sibi cōpetebat tempore receptionis nihil possit petere ex bonis patris, quia jam recepit jus sibi competentis, tamē respectu ceterorum bonorum postea quaesitorum nō prohibetur petere legitimam, sicut videmus in d. §. 1. & 2. quia licet respectu illius partis, quam filius in vita patris recepit, nō possit post mortem patris aliquid petere, respectu tamen reliquae partis sibi pro complemento legitimae competentis in bonis patris bene potest petere, vt in dd. iuribus probatur, quia huic juri non potest renūciari, cū sit improbatu pactu de renūcianda futura successione. Vnde cō valeat argumentum de parte quoad totum, & de toto quoad partem, vt in l. 1. qua de tota, cum similit. ff. de rei vendic. cōsequens est, vt in illis §. h. haec secunda opinio probetur, non obstante intellectu & responsione illis iuribus assignatis per Tellum Fernand. vbi supra.

Et ita inuenio, quod hanc secundam opin. tenet expresse cōtr. Iac. But. Bald. in d. l. pactum dotali, in 6. oppos. C. de collat. & dicit hanc opin. cōm. Ias. in d. l. cū in existur, & in aut. nouissima, n. 9. & in d. l. si quādo, §. 1. incip. illud, C. de inoff. testam. & cōmuniorem dicit idē Ias. in l. quod Seruius, col. si. n. 12. ff. de cond. caus. dat. & c. dicit etiā cōmunē eam sequēdo Cou. vbi sup. & hanc dicit magis cōmunē & eam sequitur idē Cou. in c. Rayn. §. 1. n. 8. de testam. & dicit magis cōmunē idem Mench. de success. creat. §. 18. n. 84. quam opin. tenet etiam Bald. & Ripa n. 38. per text. ibi in c. cum M. Ferrar. de const. & sequuntur eam & dicit cōmunem alij relati per Tel. Fernand. vbi supra, n. 15. sequuntur plures relati per Baezam vbi supra, n. 17. dicit communem Ioan. Bapt. vbi supra, cum Cou. hic Ias. & Gram. quos tantum refert.

10 Vnde per ¶ cōtrariū idē erit, diminutis facultatib. patris tempore mortis ipsius, nam poterit reperi à filio excessus legitime ja prestite & repta, secundū Paul. de Cast. in l. in ratione, la 3. n. §. ff. ad Falc. & ibi Alex. n. 7. & est ex mēte cōmunis opin. affirmatiuae secūdo loco sup. posita, licet prima cōmunis habeat cōtrariū: & in specie Tellus Fern. vbi supra, d. n. 16. col. antepen. Na retēta secūdo opin. debet retineri opinio Paul. suprad. quia contrariū eadē est disciplina: & retēta prima opin. principali, debet teneri cōtra Paul. sed vt dixi, meo iudicio, secūda opin. est verior & tenēda, & per consequēs suprad. illatio, licet ambe opin. cōmunes & magis communes sint, secundum quod Dd. dicūt.

Vnū tamen est sine dubio, quod deducitur in proposita q. ex nostro tex. sc. quod si filius hic, qui in vita patris accepit legitimā sibi tūc cōpetentē, cū iuramento renuntiavit hereditati patris futurae, tūc omnino excludetur, etiā auctis postea facultatib. patris, & per cōtrariū si diminuatur, nihil reperi poterit ab eo filio, per text. in hoc c. quāuis pactū, qui expressus est in hoc: & plures Dd. allegās testatur hanc esse magis cōmunē opin. Cou. in praesenti 3. p. d. §. 1. n. 2. col. pen. & si. illius n. eandā quoque sent. tenet Tellus Fern. vbi supra, n. 12. qui n. 13. & 14. alios duos casus cōsiderat in materia. Hanc testatur etiam magis communem Io. Bapt. vbi supra, qui alios allegat, non vero supradictos, & inquit hāc esse concordā inter supradictas opiniones.

Primus casus est Telli vbi supra, quando filius in vita patris nō recepit integram legitimam. Nam inquit Tellus cum alijs, quos refert, quod tunc auctis facultatibus patris, potest filius residuum petere ex d. l. si quando, §. 1. C. de inoff. test. quod sane verissimum ipse quoque esse censeo. Sed videtur aliquo modo in hoc ipse Tellus reuincere in opin. hanc nostram secund. principalem: Nam si filius non recepit integram legitimam, etiam & respectu bonorum, quae id temporis pater habebat, clarum est, quod etiam si facultates patris non augeantur, poterit petere postea residuū: Igitur cum Tellus Fernandez n. 13. dicat quod auctis facultatibus, quando filius non integram legitimam in vita patris accepit, potest filius petere residuum, loquitur etiam respectu bonorum postea auctorum: Nam si firmus erat auctor suprad. in opin. Iacob. Butric. quae fuit primo loco supra posita, non debebat dicere in d. n. 13. quod auctis facultatib. filius, qui non recepit in vita patris integram legitimam, potest residuum recuperare, quia etiam si non aucta fuissent, sed eadem bona fuissent, quae erant tempore assignationis & receptionis, post illud tempore.

Secundus casus Telli Fernand. in d. n. 14. est, quando pater in vita coactus fuit vi statuti solvere legitimam tunc filio competentem pro delicto ipsius filij, nam tunc etiam auctis postea facultatibus patris, filius nihil aliud cōsequi poterit, & ibi allegat Doctores hoc tenentes. Haec opinio vera videtur, quia hoc casu jam lex, hoc est, statutum contenta videtur illa legitima, nō in respectu tempore mortis, licet possit subtiliter instari, quod statutum hujusmodi nō praecipiat, legitimam considerari tempore condemnationis, neque tempore mortis patris, sed tantum dicit, quod pater teneatur solvere legitimam filio in vita pro condemnatione ipsius, vnde non aufert jus filio competentis in bonis postea futuris.

Et sic cum statuta sint stricti iuris, non sunt extendenda in praediciū filiorum, sed imo interpretanda, vt quam minime laedant jus commune, vt in l. 2. C. de noxal. act. cum simili, quia debet intelligi secundum jus, vt in l. nam & posteriores, ff. de legib. praecipue, quia est euitanda legum correctio, vt sunt iura vulgaria, propter quae dubius sum in hoc vltimo casu, tu cogita & dato majori otio delibera.

S V M M A R I A.

- 1 Text. hic an procedat in filia inuirta e religionem renuntiant e hereditati patris cum iuramento, aliqua dote recepta.
- 2 Renuntiatio intrantis religionem qualiter & quo tempore hodie fieri debeat.
- 3 Ingrediens monasterium si ladata enormissime ex sua renuntiatione iurata, quam fecit, an possit huiusmodi renuntiatio iurata rescindi per in integrum restitutionem.
- 4 Testamentum ingredientis religionem ante ingressum factum, an valeat hodie stante quodam decreto Sacri Concilij Tridentini.

5 Donatio inter viuos facta aliquibus diebus ante ingressum an valeat stante dicto decreto Sacri Concilij Tridentini.

1 D Vm nuptii tradebatur. Adde tūdem esse si filia renuntiet, dum religionē intrare vult, & sic quod monasterium nihil petere possit, ex iuris vulgari regula, quod valet argumentum de matrimon. carnali ad spirituale & econtr. vt in c. inter corporalia. & c. si de translatione pralat. praecipue, cum in hoc differentia non inueniatur, & ita in terminis tenent Barr. in l. si. n. 6. in si. & ibi alij Dd. C. de pact. praecipue Cagnol. in reposit. illius l. n. 15. & testatur eam videri magis communem opinionem Cou. in praesenti, in 3. part. §. 2. n. 3. qui eam sequitur & inquit procedere, etiam si nō reciperet omnem quantitatem sibi competentem, dum tamen congruam dotem recipiat: & tandem inquit esse admodum vtile: & denique cautissimum, ad euitandas Doctorum opiniones in hac controversia, vt praedict. pactum fiat ex consensu monasterij, id est, praelati & conuentus, qui in quarendis possunt monasterio praediacare, vt in specie asserit tenere Purpurat. & Cagna. in d. l. si. n. 194. & ita est tenēda haec cautela, quia contra communem supradictam tenet Corneus conf. 27. lib. 3. & est etiam communis opinio in contrarium, vt latissime pro vtraque parte plures allegans tradit Tellus Fernand. in l. 6. Taur. n. 53. & plurib. seqq. qui est omnino videndus in hoc articulo.

2 Hodie vero ¶ per sacrum concilium Tridentinum sessione 25. cap. 16 aliter in hoc statutum est, his verbis: nulla quoque renuntiatio aut obligatio ante facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causae piae valeat, nisi cum licentia Epi. coepi, sine eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequatur professione, aliter vero facta, etiam si cum huius fauoris expressa renuntiatione etiam iurata sit irrita & nullus effectus, & sic haec forma seruanda erit in renuntiationibus, quae dante tempore, quae traduntur in hoc decreto.

3 Sed; An si ¶ ladata ex renuntiatione ingrediens monasterium enormissime, quia renuntiat opulentiſſima hereditati modica dote sufficienti tamen contenta, poterit rescindi huiusmodi renuntiatio iurata per vstitutionem in integrum? Quia in re quicquid sit in alijs casibus, vt dictum est à me in aut. sacramenta puerum, C. si aduers. vendit. in hoc tamen speciali, quando renuntians ingreditur monasterium nullo modo rescindi debet d. renuntiatio, [sit tamen fiat secundum formam hodie traditam in dicto decreto sacri concilij] etiam si laesionem enormissimam contineat, vt tenet late fundans & probans Couar. in praesenti, d. §. 1. n. 5. sequutus opinionem Decij & Aymon. Saull. in consilijs per eum ibi allegatis, & bene D. Burg. de Paz. conf. 5. n. 1. & seq.

4 Sed vidi iam ¶ quendam satis acuti ingenij Iuris peritum intelligere praedictum decretum sacri Concilij supra relatu in renuntiatione & obligatione, quae fit inter viuos, secus vero in testamento, quod ingrediēs ante ingressu potest iure facere testando de omnibus bonis suis prout voluerit, neque ingressu monasterij testamentum rumpitur, vt in authent. de monach. §. illud, & in §. nunc autem, & in authent. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. & in authent. nunc autem, C. de Episcopis & clericis, & in cap. si qua mulier, 19. qua. final. Vnde cum sacrum Concilium tantum loquatur in renuntiatione & obligatione, quae quidem inter viuos sunt, non debet extendi ad testamentum, quod est actus morientis & deambulatorium vsque ad mortem, cum per hunc intellectum euietur, legum correctio, & quod non mutatur, quare stare prohibetur: vt in l. i. libentis, C. de testam. & in leg. praecipimus, C. de appel-

lar. Certe hic intellectus si verus est, prout videtur, optimus est, & qui plurimū conducit in practica, licet non sit remediū firmum consanguineis vel alijs, quib. in testamento ingredientis relinquitur hereditas, quia postea ingressus poterit reuocare & annullare testamentū per suasionem monachorū & cōuentus. Sed quicquid sit, non audeo affirmare hunc intellectū, relinquo sub declaratione Sani nostri Pontificis qui habet auctoritatē declarandi, indubitāter tenet hanc meam opinionem & intellectum ad dict. decret. Sacri Concilij Trid. Io. Crac. in reg. 56. nu. 7. Illud scio, praed. Iuris peritum, qui ita intēgebat sic practica se in suamet persona, quia ingressus fuit monasteriū Sancti Francisci Salmanicae, & antequam intraret, fecit testamentum & disposuit de bonis suis in fauorem suorum fratru prout voluit, sed de eius testamēti firmitate dubito, attento dicto decreto sacri concilij, quod alias per hunc modū defraudaretur. Item etiā, quia sunt diuersae opiniones inter glossas & Doctores in iuribus supra allegatis, an monachus ante ingressum possit condere testamentū, praecipue inter l. 17. tit. 1. partit. 6. quae post ingressu prohibet testari, de cuius leg. intellectu vltra Greg. ibi gl. 1. videndus est Cou. in c. 1. n. 4. ad si. de testam. quo loci, d. n. 5. per totum agit, an & quando testamentum factū ante ingressum religionis reputatur per professionē, & quod factum post ingressum, ante professionem tamen, nō reuocatur per professionem, & nu. 9. quod post ipsam professionem non potest mutari nec reuocari, etiam in fauorem monasterij, quamuis in vtroq. alij aliud teneant, vide etiam in mater. Ioan. Gratian. vbi supra, per totam illam reg. 456.

Cogitabam, an ¶ posset dici quod ingressurus siue ingressura religionem, aliquibus diebus ante ingressu faciat donationem firmam & solemnem suorum bonoru inter viuos, cui velit, referuata sibi aliqua parte competente pro suis necessitatib. non facta mentione nec renuntiationis nec ingressus religionis: Quia cū quis existit in seculo non cogitatur de ingressu religionis, etiam hodie non videtur prohibitū per Sacrum Concilium, quod donet, dum tamen alia solēnia seruet & in fraude Concilij id non faciat, praecipue, quia decretū suprad. §. 5. Concilij attentis precedentibus decretis tantū videtur loqui in renuntiatione facta ab ingressu religionem. Sed adhuc de hoc dubito si fraus huiusmodi donationis praesummi possit, quod potest costare vel ex modico intervallo tempore inter donationem praedictam, & ingressum religionis, vel ex alijs etiam coniecturis, ideo consulo, vt semper in renuntiationibus huiusmodi seruetur forma tradita in hoc à sacro Concilio Tridentino, vbi supra.

S V M M A R I A.

- 1 Text. in hoc c. quamuis pactum, procedit, etiam si nulla dote recepta renuntiatio fiat.
- 2 Matrimonium an valeat & esse possit absq. dote.

V T dote contenta. Idem si nulla ¶ dote recepta renuntiationem hanc iurata, de qua in hoc textu, faceret, quia tunc alia ratione sustinebitur haec renuntiatio, scilicet, quia iuratum potest seruari absq. dispendio salutis aeternae, quae ratio etiam militat in hoc casu, sicut quando filia renuntiat accepta aliqua dote. Et haec est communis opinio, licet alij qui Dd. teneant contrarium secund. Cou. hic d. §. 2. n. 6. vltra quem eandem opin. dicit magis communem plures Dd. referens Ant. Gomian l. 2. Taur. num. 7. quae est tenenda, licet vltra allegatos, per ipsos contrariū etiam teneant Anchar. conf. 39. n. 2. & Imol. conf. 1. col. 2.

& Barbat. conf. 11. n. 5. & 6. lib. i. & Mattheus de Afflict. in 1. si quis inuestuerit. de feud. dar. in vic. l. commissoria. n. 13. qui post Iaf. conf. 133. n. 15. in fin. lib. 4. limitant communem opinionem supradictam, si renuntiatio cum juramento fieret hereditatis maternae nihil recepto, de quo ipse dubito propter communem opinionem supradictam, & de intellectu communis videndus est Couarruias.

2 Et ex suprad. communi opin. inferitur, valere quidem matrimonium & posse contrahi absque dote, quod probatur etiam ex text. in l. quod si nulla, ff. de religiof. & sumpt. fun. in Concilio tamen Arelatens. cauetur, quod nullum sine dote fiat coniugium, quod legitur in c. nullum, c. 9. q. 5.

S V M M A R I A.

- 1 Textus hic procedit etiam in renuntiatione hereditatis maternae.
- 2 Renuntiatione hereditatis maternae an noceat patri habenti in sua potestate renuntiantem, quoad ususfructum sibi debitum in bonis renuntiantis, & quoad alia? & nu. seqq.
- 3 L. in. in princ. C. de bon. qua. lib. declaratur.
- 4 Dispositio illius l. non procedit, quando testator, de cuius hereditate agitur, tacite vel expresse voluit patrem non succedere, sed quod repellatur.
- 5 Pater in casu illius text. praefertur substituto.
- 6 Sed hoc procedit in substituto extraneo, secus in coniuncto.
- 7 Substitutio pupillaris tacite excludit matrem, quando substitutus est frater pupilli vel alius consanguineus.
- 8 Idem esse quando substituta est pia causa ad exonerandam conscientiam testantis.
- 9 L. 1. C. ad Orfician. intelligitur.
- 10 Renuntiatione filij hereditatis maternae cum iuramento, an valeat & noceat patri, quando mater extraneum heredem fecit?
- 11 Renuntiatione filij hereditatis maternae, an noceat patri, quando mater decessit intestata.
- 12 Renuntiatione hereditatis maternae, facta simpliciter, in dubio censetur facta favore fratrum, vel sororum.
- 13 Renuntiatione hereditatis maternae, decedente matre intestata, & sine alijs descendens legitimis, excepto renuntiantem, non impedit, quin hereditas ipsius deferatur ipsi renuntiantis.
- 14 Renuntiatione filij hereditatis maternae facta cum iuramento, an noceat patri quoad ususfructum, & numeris sequ.
- 15 Filium non possunt testari de rebus, in quibus parentes eorum habent ususfructum, nec eas alienare contra voluntatem parentum.
- 16 Filium non potest hodie facere pactum non petendo legatum sibi relictum sub conditione in praedictum ususfructus patri in eo debiti.
- 17 Peculium filij in quo pater habet ususfructum, non publicatur ob delictum filij, non solum respectu ususfructus, sed nec etiam quoad proprietatem, ne fiat patri praedictum.
- 18 Patri non quaritur ususfructus in bonis, quae filijfamil. dantur, vel relinquuntur conditione adiecta, ut ad patrem non perveniat ususfructus.
- 19 Mater potest apponere filio praed. conditionem, scilicet ne ususfructus perveniat ad patrem, quando male suspicatur de moribus mariti.
- 20 Mater an regulariter possit apponere d. conditionem, ne scilicet patri quaratur ususfructus, etiamsi male non suspicatur de moribus mariti?
- 21 Difficultas quadam ex l. quoniam in prioribus, C. de offic. testam. mota dissolvitur.
- 22 Renuntiatione filij hereditatis maternae noceat patri sine du-

bio, quando ipse pater consensit praedictae renuntiationi.

Nillum ad bona paterna regressum habet. Adde idem esse reddendo singula singulis, si filia vel filius renuntiet cum iuramento hereditati maternae, promittentes ad bona materna nullum regressum habituros, nam valebit huiusmodi renuntiatione iuramento vallata, ceteris, quae requiruntur servatis, sicut valet, quando fit renuntiatione bonorum paternorum, de quibus in hoc text. eisdem rationibus, quae eque militat in bonis maternis, servatis servandis: & hoc est sine dubio meo iudicio.

Dubium autem versatur in hoc puncto. An huiusmodi renuntiatione facta cum iuramento de bonis maternis noceat patri, qui in sua potestate habet filium, vel filiam renuntiantem, si mater decessit in vita patris, quia si post decessit, etiam non est dubium. Ita que dubium est, quando mater, cuius bonis filius vel filia renuntiant cum iuramento, decessit in vita patris filij, vel filiae, renuntiantis, an huiusmodi renuntiatione praedictae, vel noceat patri in aliquo?

In hoc dubio inuenio doctrinam Pauli de Castro in l. si. in princ. C. de bon. qua. lib. n. 5. in hunc modum distinguentis, quod aut filius, qui repudiavit cum iuramento, mortuus est viuente matre, & tunc pater non potest ibi aliquid acquirere: nam etiamsi non repudiasset, per mortem esset exclusus, quia repudiatio non fuit fortita effectum, nam censetur habere in se tacitam conditionem, si sibi deferretur, & non fuit delata, aut filius superiuit matri, & tunc eodem instanti sibi deferatur, & per repudiationem praecedentem ab eo abdicatur, quae tunc incipit effectum sortiri, quod ibi quodam simili comprobatur, & ideo pater tunc post eam sibi acquirere, si decessit intestata, secus si testata, & alium fecit heredem, quia dispositio dicitur final. C. de bon. qua. lib. non habet locum si testator, de cuius hereditate agitur, aliter prouidit, & ad patrem noluit pervenire, quia potest derogare dispositioni d. l. final. argumento text. in authent. excipitur. C. eodem, de bon. qua. lib. tam expresse quam tacite, haec Paulus: Vnde miror Tellum Fernandez, qui in l. 6. Taur. n. 99. allegans dictam doctrinam Pauli aliter eam refert, & nihil super ea dicit, miror etiam virum doctissimum Couar. qui eam falsam esse existimat, aliter etiam Paulum intelligens. Praelule nim meritis in 3. parte relict. huius cap. §. 2. n. 3. in principio illius numeri, refert Paulum in supradicta facti specie tenere, non nocere, huiusmodi renuntiationem juratam patrifamil. sub cuius potestate manet filius, qui renuntiauit, si mater mortem obierit viuente patre, & nondum finita patria potestate: Nam ut clare apparet ex litera Pauli supra relata, ipse hoc non tenet, sed quod si mater decessit intestata, tunc pater potest sibi acquirere ejus hereditatem filio competentem & delatam, si vero decessit testata, & alium heredem fecit, tunc Paulus expresse inquit, excludi patrem propter filij renuntiationem praecedentem, & vnde diuersum est hoc ab eo, quod Couar. existimauit Paulum dicere.

Vnde ipse Couarruias adhuc existimans mentem Pauli esse, quam ipse retulit in d. n. 3. in princ. postea in eod. nu. 3. in pen. & ult. col. inquit, opinionem Pauli non omnino admittendam esse, & ipse in hunc modum distinguit pro intelligentia casus supradicti per Paulum positi, scilicet, quod aut pater consensit renuntiationi factae per filium, & tunc res est admodum expedita, quod sibi nullum jus in hac re causa patriae potestatis competat, cum eidem per consensum renuntiauerit, nec filio deferri possit hereditas tempore mortis illius, de cuius agitur successione, quia eidem valide

valide renuntiauerat, & ideo pater non potest hereditatem illa petere ex persona filij, & sane in hoc casu Couar. bene dicit, nec. n. loquutus est Paulus de Castro in eo: aut pater non consensit renuntiationi supradictae, & hoc casu loquitur Paulus, & secundum intellectum, quem Couar. dicit habere verba Pauli, non nocet renuntiatione patri hoc casu, sed ipse Couar. inquit, quod valet & nocet renuntiatione quoad certa, patri tamen non nocet quoad ususfructum, neque quoad alia iura, quae ratione patriae potestatis habere in eis, bonis poterat. Sed si bene aduertamus ad Paulum, ipse non inquit indistincte, non nocere patri renuntiatione in hoc casu, sed distinguit, an mater, cuius hereditati fuit renuntiatum per filium cum iuramento, decessit testata, necne: nam si decessit testata, & alium heredem fecit, non vero filium, qui renuntiauit, inquit Paulus, pater non admittitur, quia mater potest patri, hoc est, marito suo tollere praedictam hereditatem, & alij relinquere, & derogare d. l. si. tam expresse quam tacite, si vero decessit intestata, tunc pater potest acquirere hereditatem, quia illo tempore, quo decessit mater ab intestato, deferatur filio suo hereditas, & patri acquiratur ratione patriae potestatis, & ideo si bene perantur verba & mens Pauli, non meretur reprehendi, & opinio Couar. in effectu videtur concordare in vno casu cum opinione Pauli, scilicet, quando decessit mater testata, & alium heredem fecit: nam tunc & Paulus & Couar. concludunt nocere patri renuntiationem, praeterquam in usufructu, quia respectu eius Couar. dicit, patri non nocere renuntiationem, licet dubius sit in hoc, Paulus vero generaliter tenet, nocere patri renuntiationem, nec excipit usufructum. Sed pro intelligentia supradictorum circa dictam doctrinam Pauli duo sunt hic videnda. Primo, an doctrina Pauli sit vera. Secundo, an iure procedat limitatio Couar. in usufructu.

3 Quoad primu. circa illud membrum Pauli, quando mater decessit testata, & alteru. heredem fecit, quod doceat patri renuntiatione praecedens facta a filio: contra hanc opinionem videtur text. expressus in d. l. si. in princ. C. de bon. qua. lib. vbi probatur, quod filiofamil. recusante adire hereditate sibi delatam, potest pater ea sibi adire suo periculo & commodo: Ergo licet filius renuntiet & nolit hereditate patris, pater ipse non obstante renuntiatione & recusatone filij, poterit eam sibi adire. Sed nihilominus ego existimo, hanc opinionem Pauli esse veram. Neque obstat d. l. si. in princ. quia text. ille loquitur & procedit in hereditate iam delata filio, & sic in hereditate praesenti, nos vero agimus in hereditate tempore futuro deferenda, & sic in iure quaerendo; At quid diuersa ratio est juris quaesiti & quaerendi, & qui non potest renuntiare jus quaesitum in praedictum alterius, potest renuntiare jus quaerendum, & valet renuntiatione, vt in debitore filio & praelato, qui possunt praedictare in quaerendis creditoribus filijs & Ecclesiae, non vero in quaesitis, vt supra satis superque dictum est: Ergo merito quod renuntiatione filij de hereditate materna jurata noceat omnino patri, cum iuramentum non fuerit vi nec dolo praestitum, & possit seruari sine periculo salutis aeternae, vt in hoc text. nec obstat verba finalia huius text. dum dicit, nec recusatone in alterius detrimentu, quae est exceptio & limitatio huius textus quia hoc procedit de detrimento principali, secus de secundario, vt expresse tenet gl. si. hie, quae intelligit secundario dici, etiam si noceat filijs renuntiantis, quia valet renuntiatione: quae gl. communiter est approbata, vt infra videbimus: Ergo si in praedictum filiorum valet renuntiatione, a fortiori valebit in praedictum patris, quia fortius ius habet filius in bonis patris, quam pater in bonis filij, vt supra dictum est,

Secundo respondeo cum Bald. in d. l. si. n. 4. & 13. v. 4. bi tenet, quod dispositio illius l. non procedit si testator, de cuius hereditate agitur, voluit patrem non succedere, sed quod repellatur, non solum si expresse hoc dixerit, argum. text. in d. authent. excipitur. C. eodem, sed etiam si tacite & per indicia constet, eam fuisse defuncti voluntatem, sicut videmus in tacita pupillari, quae non excludit matrem, nisi per indicia proberur, testatorem contrarium voluisse. argum. l. Lucius ff. de vulg. & pupill. & in l. in testam. C. de testam. mil. & notatur in l. precib. C. de impub. & alijs substit. & alijs plurib. locis: Ergo ita & eodem modo si constet de voluntate matris testatis, saltem tacite per indicia voluisse excludi patrem a successione & hereditate filio deferenda, non admittetur pater: quod satis constat, si mater in testamento vnum ex filijs vulgariter substituit alteri filio in communi potestate posito, nam talis substitutus praefertur patri, & idem erit a fortiori, si expresse mater prohibeat hereditatem ad patrem venire. argum. d. authent. excipitur, eundem etiam in l. eundem sequitur Paulus de Castro ibi d. nu. 6. vbi ex hoc inferit, matrem posse tacite & expresse derogare dispositioni illius legis.

Sed contra tunc intellectum facit opinio gl. in d. l. si. in princ. verb. recusante, quae tenet, quod pater in casu illius text. praefertur substituto, & sic illi, qui ex voluntate testatoris debet habere hereditatem in defectum instituti, quam sequitur Bart. ibi & ceteri Dd. sequitur idem Bartol. in l. 1. nu. 27. ff. de vulg. & pupilla. substit. duplici fundamento. Primo, per s. similit. modo, eius d. l. si. vbi dicitur, perinde ad patrem hereditatem pertinere repudiam filio, ac si ipse pater ab initio fuisset institutus. Secundo, per text. in l. si paterfamil. ff. de heredit. instit. vbi probatur, quod substitutio vulgaris intelligitur, si institutus heres non erit, vel alium heredem fecerit, sed filiusfamil. legis ministerio, hoc est, per d. l. si. facit patrem heredem eo nolente adire: Igitur, & c. & in eo opinionem gl. & Bart. vbi supra testantur communiter approbatam in d. l. 1. Iafon n. 43. Rip. 14. 1. Socin. 26. & Gulierm. Benedic. in c. Reynutus, verb. si absq. liberis moreretur, nu. 86. de testamentis, licet contra communem velint tenere Iafon ibi nu. 44. & Alexand. nu. 23.

Sed haec communis opinio, licet vera sit, non obest secundo intellectui, quae supra assignauimus d. l. si. in princ. ex Bald. & paulo ibidem Nam communis opinio suprad. procedit in substituto extraneo, non vero substituto tam coniuncto, prout est alter filius, & sic voluntas testantis & coniunctio sanguinis operantur patris exclusionem.

Pro cuius confirmatione duo fundamenta adduco. Primum, nam quod supra diximus, substitutio nem pupillarem tacitam excludere matrem, quando id constat ex coniecturata mente testatoris, tunc procedit & constat ex testatoris voluntate, quando est substitutus frater pupilli, vel alias coniunctus, ita testatur communem opinionem esse Dec. in d. l. precibus, n. 14. C. de impub. & alijs substit.

Ex quo t dicebat Paulus, idem esse, quando substituta esset pia causa, sed eius opinio est intelligenda, quando substitutio pia causa fuit facta, ad exonerandam conscientiam testantis, & non alias, secundum Decium vbi supr. & Cou. in d. c. Rayn. §. 4. n. 6. & de opinione communi supradicta Decij, & de alijs coniecturis, videndus est late & Bart. in l. 2. n. 40. v. ff. ad ff. de vulg. & pupill. & ibi Doctores & Anton. Gomez. 1. tom. c. 2. nu. 18.

Secundum fundamentum pro supradicto intellectu secundo ad d. l. si. in. est ex text. optimo id l. 2. C. ad Orfician. incip. non pro numero, vbi probatur, quod de-